



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XX. Die Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

de moriens Patrum cuidam qui ade-  
rat diserte dixit: *Simi Senora mi llama,  
vamos. Si mea Domina vocat, ea-*

*mus. Fama est, Deum per illum in vi-  
ta & post mortem quædam non ordi-  
naria operatum.*

## XX. DIE SEPTEMBRIS.

IOANNES P. FRANCISCVS  
MENDOZA. NOVIT.

CARDOSVS.

Petri Marchionis à Valli filius &  
Castello nouo seu arcii Neapolitanæ  
præfectus, magnâ maiorum  
munerum spe, ac lautis quæ cum dote  
opima offerebantur nuptiis posthabitiis,  
imperatâ à Philippo Rege pote-  
state, Societati animum addixit: quo  
tempore dum moras inuitus trahit,  
totis moribus ita est mansuetus, ut  
Adolescens Mahometanus eo exem-  
pto permotus Christianam fidem sit  
amplexus. Roman ad Ignatium con-  
uolauit Ioannes; & inter Nouitios glo-  
riolum duxit se ad infima quæque abiicere. AD uce Palliani visitatus, è cu-  
lina ita ut erat linteo præcinctus pro-  
diit, amplexumque accepit. Verum per  
sex ferè menses his intentum valetudo  
defecit ob quam dum Neapolim  
Româ vehitur, (condito prius testa-  
mento, quo sua omnia peitati trans-  
scribebat) in villa marij quæ marinum  
dicitur, propè Tusculum 12, Kal Oct.  
decessit è vita, obediens usque ad  
mortem. Romæ conditus, apud Profes-  
sos. Ante iter iam se generali con-  
fessione expiat, & pridie diuina my-  
steria usurparat; bis quothebdomadis  
diuinâ Eucharistiâ refectus, & admirabili laetæ conscientiæ pace tranquil-  
lus.

Primirum partium Concionator  
cum esset, maluit tamen cateche-  
sim apud rudes puerosque tractare, a-  
rundinem suam ostentans, ac dicens;  
plures se cælo addixisse sceptro illo  
quam concionibus quibuscumque.  
Sed & mors illius documento magni-  
fuit quippe is, qui heri ad lachrymas  
plurimorum de mortis insidiis, ac fi-  
lio viduæ in Naim, ita dixerat, ut vix  
vnquam melius dixisse sit visus, qui  
post meridiem in catechismo suspen-  
sum tenuit confertissimum auditorem  
de morte item differens affuenter,  
hoc die manè piæ lectioni affixus,  
mortuus est repertus. Quid tunc lege-  
rit, particulatim explicit Procura-  
torum Patrum quidam inde Romanum  
appulsus, è eius testificatione sunt il-  
la de Cardosi morte in pretiosis occu-  
pationibus mortuorum: P. Franciscus  
Cardosus in Lusitania Concionator  
dicendi gratiâ præstans, at viutre  
præstantior; in Ulyssiponensi Professo-  
rum Domo ab ædito illum ad sacri-  
ficium celebrandum euocante mensæ  
suæ in cubiculo assidens mortuus est  
repertus. Acciti alij reperire illum  
porrecto in apertum librum (erant Bi-  
blia, vel missale) digito impressa istic  
hæc verba monstrantem: *Beati mor-  
tui qui in Domino moriuntur. Exequiæ  
illi tanto gemitu factæ ut nihil simile  
vnquam viderit Olyssipo. Symphonia-  
corum quoque Sodalitas ab illo erecta  
inferias.*

Lusitanus  
Ulyssiponensis  
20. Sept.  
1604.

inferias illi fecit celebritate Regibus pari. Aiant, fuisse qui è dolore morbum & mortem contraxerit; & omnes ferè insidiosæ mortis metu perculsos, conscientias expiassæ. Diciturbat & ipse; non in lecto se, ignauâ morte, sed stantem, moriturum.

manabant ab oculis lachrymæ faciliter quavis occasione effusæ. Aiant eum per annos plurimos pedem nunquam è Collegio extulisse.

### P. H E N R I C V S HVISKENIUS.

### P. IOANNES BAPT. CECOTTVS.

Italus Romæ. 20.  
Sept. 1640.  
Stat. 84.  
Soc. 68.  
Silentium.

Veniale.  
pecc.

S. IESV nomini tenerè addictus, ille lud manantibus ab amore lachrymis pronunciabat. In Collegio Romano per annos 40. & amplius non nisi semel in die refectus est. Gaudebat ita se abdere in cubiculum, ut ignoraret quid foris ageret Roma, vel mundus. In meditationis apparatione quartam horæ partem, aliam item quartam horæ partem in præuidendo sacro ponebat. In Societate nunquam meminit se vel veniale noxam deliberato studio commisisse. Perennes illi

Non nisi de Deo illi lubebat loqui: atque ut ne verbo laberetur, timebat horas colloquio destinas. Quocirca illas addiscendis linguis variis impendebat. Latinè Germanicè, Italicè, Hispanicè, Gallicè quin etiam Hebraicè loquutus est; id est & Chaldaicæ, Syriacæ, Arabicæ, fundamentis. Ante initam Societatem à malæ notæ fœminâ venenum sibi propinatum ubi sensit, S. P. Ignatij imaginem stomacho applicuit, ac toxicæ vim infregit. In Societate quoque acutissimos ventriculi dolores, eiusdem sancti effigie ventriculo admotâ feliciter tranquillavit.

### XXI. DIE SEPTEMBRIS.

### C E L S V S FINETTVS SCHOL.

21. Septemb.  
Italus Romæ. 1597.  
Stat. 23.  
Soc. 6.  
B. V.

Mors.

Magna pietatis purique candoris, & egregia expectationis adolescentem hunc vocat Romanum Collegium; addens illum cultui matris Virginis præcipue fuisse addictum à qua etiam visâ, mortem sibi, & salutem certò prædictam narravit, diem quoque purgantium pœnarum in quadriennium finitam nunciasset; adiecisse insuper B. Matrem, M. Antonium Ridolphinum brevi securum. De hoc dicam 12. Octobris.

### A N T O N I V S AMBROSIUS. COAD.

Manè luce dubiâ in remotum ab arbitris locum secedebat, ut se more consueto verbigeraret lacræ, synaxis hac industriâ sese paratus; & è fornice in templum quod tunc adificabatur cecidit. Nudatus, ciliçinâ veste induitus apparuit. Sibi deinde redditus, & sacrî mysteriis communîtus excessit.

P. AN-